



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

Continens I. Viam Perfectionis. II. Castellum Animæ siue septem  
Mansiones. III. Exclamationes, vel Meditationes animæ ad Deum suum ...

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXVII.**

Caput XXII. Declarat quid sit oratio mentalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37994**

## CAPUT XXII.

## DECLARAT ET EXPONIT, QUID SIT ORATIO MENTALIS.

**N** Queritis, carissima, orationem mentalem, ut talis sit, vel non sit, non in eo sitam esse, ut quis os suum oclusum teneat: nam si ita verba orationis loquar, planè ut videam & intelligam me loqui cum Deo, ad hoc magis reflectendo, quam ad verba quæ profero; certum est me orationem mentalem & vocalem simul tenere. at, si sic vos docere velint cum Deo loqui, ut orationem Dominicam ore recitetis, corde autem & animo de mundo cogitetis, hic taceo. Verum si ita vos gerere velitis, ut æquum est se gerat is qui cum tali Domino loquitur; par est, vos cogitare & advertere qui cum loquamini: & quæ vos sitis, ut saltem decenter & civiliter loquamini: quomodo enim cum Rege loqui, eumque Celsitudinis aut Maiestatis titulo compellere, aut debitis requisitisq; in Principe aliquo potenti alloquendo ritibus poteritis, nisi ante sciatis, quis illius sit status, quis tuus? nam iuxta eum fieri debet veneratio & honor, & prout ritus consueti exigunt, nam etiam hos necesse est te nosse; alioquin, ut stupidus & ineptus repelleris, & nihil omnino impetrabis.

*Quid considerandum sit, quando cum Deo loquimur.*

Sed, quid hoc est, Domine mi Rex: quid hoc est, optime Imperator? quomodo hoc quis ferat? Tu, Domine, Rex es infinitus: quod enim habes regnum, non est mutuatitium. Cum ergo in Symbolo Apostolorum dico, regni tui nullum fore finem, singulare propè semper in me gaudium sentio. Laudo & benedico te in æternum, Domine; regnum, certè, tuum in æternum durabit. Numquam ergo permittas, Domine, ut ceu bonum probetur, eum, qui tecum loqui vult, hoc solum vocaliter facere. Quid hoc est Christiani? (vos alloquor qui orationem mentalem necessariam esse negatis) intelligitisne quæ dicitis? Equidè certissimè mihi persuadeo, minimè vos quæ dicitis intelligere; & ita vultis, ut omnes quotquot sumus vobiscum extremus, cum nesciatis quid mentalis oratio sit, aut quomodo etià vocalis fieri debeat, neque demum quid sit contemplatio: si enim hoc sciretis, non improbaretis hinc, quod illic probatis.

*Qui orationem mentalem opus esse negant, nesciunt quid dicant.*

Equidem, carissima, mentalem orationem semper cum vocali, quoties illius mentionem faciã, coniungam; ne vos illi perterrefaciant, scio enim, quoniam hæc omnia redant, hac quippe in parte non modicum alias ipsa passa sum itaque; efficere vellè, nemo ut vos inquietaret: permultum namque nocet, aliquo cum timore perviam hanc ambulare. Permagnum sanè refert, nosse vos rectè ac benè ire: dum enim viatori quis dicit, quod erret, & quod de via recta deflexerit, tunc hinc inde vagatur ac quacumque in partem se vertit; & quidquid viam facit interim dum via illa qua sibi sit eundem querit, ipsum defatigat, temporis quoque ingens dispendium facit, & ad locum destinatum seriò pertingit. Quis dicat, malum esse, ut dum quis vel Horas, vel B. V. rosarium legere incipit, primo cogitare incipiat,

cipiat,

S.  
Theresia

Opera

IN VI  
168

cipiat, cum quo ibi locuturus sit, ac quis ipse sit qui loquitur, ut hinc  
 deat quam venerationem exhibere & prae se ferre debeat: Dico itaque  
 vobis carissimae, si quidquid ad duo haec puncta intelligenda faciendum  
 est (quod sanè permultum est) bene debiteque fieret, permultum vos  
 temporis antè in orationem mentalem impensuras, quam vocatis,  
 quam instituere vultis, inchoaretis, hoc certum est, tam impræmedita-  
 tos & imparatos nos ad cum Principe quopiam loquendum in  
 non debere, ac dum cum rustico quodam aut pauperulo, quod  
 ipse simus, loqui nos oportet. Perinde enim est, quomodo cumque  
 nos alloquatur. Equum est, ut licet Rex hic, ob humilitatem suam  
 audire non grauetur, & ad se venire non prohibeat, satellites insuper  
 me non repellant (esto ob meam ipsa stupiditatem & ineptitudinem  
 ei loqui prout oportet nesciam: Angeli namque qui illic sunt, Regis  
 naturam & conditiones perspectas habent, utpote cui gratior est hu-  
 milis opilionis stupiditas, quem plura dicturum videt, si plura sciret, quàm  
 sapientium & litteratorum discursus, quantumuis elegantes, si ex hu-  
 li corde non procedant) reuerenter nos & magno cum respectu, in  
 conspectu geramus. esto, inquam, ipse bonus sit, nostrum tamen etiam  
 idcirco nos erga illum inciviliter & inhumanè gerere. Saltem, vultis  
 quòd maleuolentiam illam æquanimiter perferat, (dum scilicet  
 qualis ego, apud se sinit consistere) gratæ sumus; par sanè est nos ad  
 puritatem cognoscendam, & quis ipse sit, videndum omnimodis com-  
 ti. Certum autem est, nos id statim & ià inde à principio posse aduer-  
 perinde atque hinc in terrenis Magnatibus id aduertimus. Nam cum  
 quis nobis de aliquo Principe semel dixit, quis eius fuerit pater, quantum  
 eius census annuus sit, & quod illius dominium, aliud præterea de  
 sciendum nobis non est: in terra namque non tam ad ipsos merita  
 reflectitur ut honorentur, quantumuis magna & illustria eorum  
 merita, quàm ad ipsorum opes.

*Deus dele-  
ctatur sim-  
pliciter  
satis.*

*In mundo  
homines non  
honorantur  
nisi sunt di-  
uites.*

*Mildi caci-  
sati esse be-  
num est.*

*Dei magni  
tudo expen-  
ditur.*

Hem miserum mundum, vos verò, carissimæ meæ, Dominum  
 toto corde vestro laudate, quòd rem tam vilem, mundum inquam, ad-  
 serueritis, in quo nimirum homines quod intra seipos habent magnum  
 faciunt, sed ea tantum quæ sui censuarij & subditi habent: quæ cum  
 deficiunt & cessant, tunc etiam mundus ab ijs honorandis cessat. Re-  
 nè ridicula est, & risu eam excipere, eaque vos oblectare potestis, tunc  
 simul omnes ad vos recreandas conuenitis: quippe bona recreatio est  
 telligere & nosse, quantum in cæcitate suum mundani temporis  
 gant. Ah, Optime Imperator, suprema potentia, summa bonitas, ipsius  
 sapientia principii & finis expertus, nulli ut in tuis perfectionibus  
 mini, utpote quæ & infinite sunt, & incomprehensibiles; mirabilium

sus, pulchritudo omnes pulchritudines in se complectens, ipsa denique  
 fortitudo. Utinam, Domine Deus, hinc quis omnem humanam eloquen-  
 tiam & sapientiam simul & iunctam haberet, qua sciret ( prout quidem hic  
 sciri potest; quod perinde est, ac nihil omnino scire ) & posset hoc in casu,  
 multarum illarum rerum, quas, quò aliquatenus intelligamus, quis hic  
 noster Dominus, & supremum nostrum bonum sit, considerare possu-  
 mus, vel aliquam verbis exponere! Eia agite, incipite considerare, & cum  
 aditis ipsum, nosse & intelligere, quicum loquutum eatis, & quicum lo-  
 quamini. Esto mille cupio diutius hic viueremus, quam viuimus, num-  
 quam tamen satis intelligemus, quomodo potens hic Dominus, ante cuius  
 conspectum Angeli contremiscunt, qui que omnia iubet, omnia potest,  
 & cuius velle, ipsius est operari, tractari & conueniri mereatur. Equum  
 igitur erit, carissima, vt ex hisce magnalibus, quibus sponsus noster dota-  
 tus est, delectationem aliquam haurire studeamus, & simul intelli-  
 gamus, quocum sponsalia inierimus, & qualem vitam, ducere debeamus.  
 Hoc in mundo, si quando aliqua nubit, nouit cum quo nubat, quis  
 ipse sit, & quam diues: & nos, iam desponsata, antè de sponso nostro non  
 cogitabimus, quam dies nuptiarum aduenerit, quando nos iam in do-  
 mum suam introducet? si enim mundana sponsa huiusmodi res cogita-  
 re non prohibeantur, cur quæso nos veremur, diligenter inquirere quis  
 vir hic sit, quis illius pater, quæ regio in quam nos introducet. quæ bona  
 nobis se daturum promittat: cuius item conditionis ac propensionis sit,  
 quomodo ei optimè complacere, ac quid ad illum oblectandum potissimum  
 facere poterò; denique seriò aduertere ac videre, qua meam condi-  
 tionè & propensionem ratione ad illius conditionem attemperem &  
 conformem? Imò vt mulier benè nupta sit, & in pace & quiete uiuat,  
 vnum hoc præceptum diligenter obseruare iubetur, esto maritus eius etiam  
 maximè plebeius sit & vilissima sortis. Quid? tene igitur mi carissime  
 sponse in omnibus minoris fieri, quam homines? si hoc ipsis displiceat,  
 sponsas saltem tuas tibi relinquunt, quæ tecum & viuere & mori  
 debent. Benè sanè se res coniugalis habet, cum sponso ita zelosus est, vt  
 sponsam suam cum alio quopiam præterquam se, agere vetet. Absurdum  
 quoque in sponsa foret, ipsam, vt hac in re ei gratificetur & obsequatur, non  
 omnimodis allaborare. Equum quoque est, vt hanc prohibitionem cum alio  
 quopiam præterquam sponso suo, agendi æquissimo animo perferat, cum  
 in ipso solo inueniat, quidquid desiderare potest. Has ergo veritates in-  
 telligere, carissima, oratio mentalis est, si hisce rebus recogitandis interne  
 vos occupare, & simul vocaliter orare velitis, per me licet: at interim dum  
 cum Deo loquimini, nolite de alijs rebus cogitare: hoc quippe in causa  
 est, vt non intelligamus quid oratio mentalis sit. credo, id iam satis vobis

*Quæ Deum  
 mereatur,  
 vt eum allo-  
 quamur.*

*Bonum est, si  
 non à spon-  
 so sum suum  
 nosse proce-  
 rare.*

S.  
Theresia

Opera

IN VI  
166

expositum à me esse, det Deus utreipsa id adimplere nouerimus.

OSTENDIT, QUANTI REFERAT, EVM QVI PER VIAM  
orationis semel ingredi cœpit, non retrogredi: & simul rursus declarat, quan-  
tum in eo momenti situm sit, ut magna cum reso-  
lutione ei se applicet.

*Per magni  
refert cum  
magna re-  
solutione in-  
cipere, &  
quare.*

**D**ICO ergo permagni referre, ut magna cum resolutione quis incipiat, idque ob multas rationes, quas omnes referre hoc loco nimis longum foret: duas solùm aut tres vobis huc adferre visum est, carissima. Prima est, parum æquum videri, ut, cum Deus tam multa nobis dederit, et etiamnum det quotidie, idque propter exiguum quid quod ei dare soltuimus (paruam scilicet hanc sollicitudinem, de qua loquor) & quidem non sine magno lucro & compendio, nos id ipsum ei cum magna resolutione nō demus, sed perinde faciamus, atq; qui rem aliquā dat mutuari, scilicet eam postea rursus accipiat. Hoc (meo iudicio) non est dare, nisi si quando quis quid mutuauit, & postea resumit, semper mutuatario liquantulum exinde alienior à mutuante manet; præsertim si re mutuatopus habeat, eamq; iam ut propriam vindicare sibi inceperit. Si vero non amici inuicem sint, & mutuans multa beneficia à mutuario, & eodem nulla mutua cōpensatione data, acceperit, hic sanè merito illi vna insignem contumeliam, iniuriam & parui amoris signū interpretabitur, quod mutuans ne vnam quidem rem suam, saltem in signum amoris, se esse pari nolit. Ecquænam est sponsa, quæ, multis iam à sponso suo acceptis monilibus, iisque pretiosis, non ad minimum ei annulum vnum dabit; non quidem quod hic tanti valoris sit, (quidquid enim habet ad ipsum pertinet) sed in pignus & arrham, quod ad mortem visque instanter ei adhæsurus sit? Quid ergo Dominus hic noster minus impetetur illum sic ridemus & tam contēptim habemus, ut vnum nihil illi modo demus modo resumamus. Hoc ergo pauxillo temporis quod illi proponimus, è tam multo tempore quod cum alijs, qui nobis nec gratias agent, nec hilum dabunt, consumimus, demus illi, quod migrationem nostram ab omnibus alijs rebus liberam & vacuum, etiammo quodam cum proposito numquam id exinde illi cripienti, quæque demum nobis propterea molestia & difficultas, quæcumque inde cōtradictio, quæcūq; ariditas obuenerit. Sed ut tēpus hoc reputemus velut rē quæ iā non amplius nostri iuris est, ac credamus, id per via quodammodo à nobis reposci posse, si quando totaliter id ei dare volumus. Dico totaliter; neque enim tunc id illi penitus auferre debemus cum vno tantum aut etiam aliquot diebus, ob iustas quasdam occupationes indispositionemue aliquam id omittimus. fac saltem &

*Parum illud temporis quod Deo datur, magnæ resolutione ei dandum.*